

110

VIRO
Magnifico, Nobilissimo, Amplissimoq;
DOMINO
SALOMONI
Lützen/
Regiæ Civitatis Thoruniensis
Pro-Consuli & Præsidi præclarissime
merenti,
a. d. XXVI. Novembr. A. O. R. M. DC. IIIC.
in ipsa Officii statione,
cum adventantem Serenissimam Poloniæ Reginam,
MARIAM CASIMIRAM,
JOHANNIS III. POL. REGIS relictam Viduam,
Nomine publico
solenniori Sermone exciperet,
Paralyfi correpto,
& triduo post rebus humanis placide exento,
ipsis Exeqviarum Solennibus,
qua in V. Decembris incidunt,
JUSTA faciunt
RECTOR & PROFESSORES
Gymnasii Thorun.

THORUNII,
Imprimebat Johannes Balthasar Breslerus, Gymn. Typogr.

Plinius Libr. VII. Hist. Natur. c. 53. p. m. 122.

Legatus, qui RHODIORUM causam in Senatu magna cum admiratione oraverat, in limine Curiae protinus exspiravit, progreedi volens.

Ilf Himmel! was vor Fall erschreckt unsere THOREN!
Welch Ungewitter ziehn auch in dem Winter auf!
Herr Schmidens Leich-Getöhn schallt noch in unsern Ohren/
Wir klagen, daß Er schon vollendet seinen Lauff.
Ach aber! eh wir noch den alten Schmerz verschmerzen/
Steigt schon ein neuer auf! Herr Lütken, Thorens Zier/
Der sich fest eingesetzt in vieler Bürger Herz/
Der zieht, eh mans vermeint, in schneller Lil von hier.
Im Reden durft Er sich in keinem Fall nicht schämen/
Sein wolberedter Mund vergnügte Rath und Stadt.
Als aber Er jetzt sol die KÖNIGIN annehmen/
Verfällt Er, gleich wie Der, der einst zu Rom austrat.
Er sucht Gnade und Gunst bey den gekrönten Fürsten/
Wie jener bey dem Rath: Sein volgesetztes Wort/
Das, gleich wie seines, nicht nach Klugheit pfleg zu dürsten/
Erwünscht an hohem Ort des Lebens späten Port.
Allem! wie geht es Ihm? Der andrer Glück begehret/
Der leidet selber Noth! Der, wie sonst ein Vasall,
Des Lebens langes Ziel in seinem Wunsch gewehret/
Der findet, jenem gleich, im Reden seinen Fall.
Ihr wehrten Bürger, traunt, und, wo die andren Säulen/
Die uns der Himmel gönnt, noch lange sollen stehn/
So schützt Sie hinsicht vor allen Unglücks-Pfeilen/
Und laßt vor Dero Heil gen Himmel Wunsch abgehn.
Im übrigen bedenkts. Sie fallen beyd im Reden/
Herr Lütken, und der Rath, den Rhodus abgesandt:
Doch ist der Fall nicht gleich. Der letzte empfindet Schaden;
Herr Lütkens Seele findet noch einen guten Stand.
Herr Lütken steht im Fall, der andre bleibt liegen:
Herr Lütken sucht Gott, der andre, weiß nicht, wen:
Herr Lütken trostet sich, der andre muß versiegen:
Herr Lütken kommt zu Gott mit jenem ists geschehn.
Sol nun der Schmerz bey Euch, Ihr Traurenden, sich mindern/
So seht, was Ihr noch habt, seht auch den Seelgen an.
Herr Lütkens Himmels-Glück wird alles Leid verhindern;
Der Vater Wolgerohn ist, was Euch trösten kan.

aus schuldigem Beyleid schrieb es

M. George Wende / Rector

Proh dolor! en iterum nascuntur tristia nobis
Funera, nos inter trux Libitina furit.
Nuper enim clarum rapuit pietate fideque,
Magnum iustitiâ consilioq; Patrem.
Schmidius Ille fuit, famâ usque ad sidera notus,
Præconsul celebris, Thoruniense Decus.
Nunc iterum rapit hæc nulli pietate secundum,
Præsidio magnum, nomine regve VIRUM.
Nomen Ei SALOMON, ranto Vir nomine dignus,
Conveniunt rebus nomina sape suis.
Vir fuit egregius, prudens, Salomonis imago,
Musarum sapiens Ille Patronus erat.
Sicubi Gymnasio potuit prodesse benignus,
Profuit Is semper, profuit ille libens.
CURIA consternata riget, PRÆCONSULE rapto,
Tempore qui longo vivere dignus erat.
Hunc Cives moesti lugent, lugemus & omnes,
Lütke benignus abest, Lütke Patronus abest.
Soletur cunctos divina potentia moestos,
Et Viduam & Sobolem sospitet alma TRIAS.
Insolitos Urbis casus in gaudia vertat,
Curia sit felix, floreat Urbis Honos.
Conservet reliquos Patriæ pia cura Jehovæ
Patres, & det EIS prospera cuncta simul.
Inqve locum vitæ functi Præconsulis, Urbi
Det rursum tali conditione parem.
At Tu Magnifice, heu, Præconsul & Inlyte Præses,
Cum CHRISTO in cœlis gaudia summa cape.
Cum CHRISTO regna DOMINO sine fine beatus,
Et Pietatis ibi præmia carpe Tuæ!

Ondolens apposuit

Wenceslaus Johannides, Gymn. Thorun.
Prof. Publ. & Visitator.

Seqva.

Sequatur morbi mortisqve genus
tristis calamus:
tangatur paralyfi,
paralyticu turbatus casu.

Ne expectes meditatem dictionem

Lector cordate:

nostri,

breves curas loqui posse,
ingentes stupere.

Grandem gravemqve jacturam fecimus,

SALOMONE LÜTKIO,

Urbis Præside,

cita morte prærepto.

Domeftica damna mifitamus privatim;

istud publicum est,

publico efferendum dolore, planctuqve.

Sane,

si dignas PRÆCONSULE æstimamus virtutes,

servire DEO, REGI, PATRIÆ,

vendicare bonum publicum, privata gratia devictum,

domi industria, foris justum imperium sequi;

nemo non jacturam VIRI

graviter dolenterque accipit,

in cuius funere tantas dotes intelligimus mergi.

Evidem nihil Illi deformius visum,
qvam Reipublicæ studio rem privatam antecapere;

a probis moribus esse diversum;

aliud clausum in pectore,

aliud promptum in lingua habere:

amicitias, inimicitiasqve,

non ex re,

sed ex commodo æstumare;

magisqve vultu,

qvam ingenio bono gaudere.

Talis cum esset,

nec, ut facere videretur,

sed qvia aliter facere non poterat,

recte ageret,

grande sui desiderium post se reliquit:

sola morte acerbus factus,

qva obesse Patriæ cœpit, cui vivus profuit.

Tu

VIRUM INSIGNEM,

utriqve Bono mature, imo immature

subtractum,

luge VIATOR,

nec

nec in causas mortis acceleratae,
num naturales, num morales eæ fuerint,
moroſe inqviere:
ſufficit, in Officio ſtantem decore cecidiſſe:

Quem,

ut SENATUS PRÆSIDEM,

& ad REGINAM VIDUAM ORATOREM,

in medio Officii ac Sermonis curſu,

ſtare ac ſilere juſſerat

noſtrorum dierum Maximus Præſes.

Hujus nutum hic agnosce,

teqve mortalem ad immortalitatem ita compone,

ut nec extra stationem in ſtatione verferis,

nec Officio tuo cuiqvm officias:

qvo,

ſive cita paralyfi, ſive lenta analyſi

elingvis proſtratus,

ad cauſam coelo dicendam felicifime ſurgas.

MANIBUS
Patroni deſideratiſſimi
ſ.

M. Johannes Sartorius.

C Uræ leues loquuntur, ingentes ſlupent.
Lege & luge

THORUNIUM.

Uno momento totius ſeculi, ſi non omnium temporum,
amissum bonum.

Magnificus Dominus SALOMON LÜTKEN,

Proconsul & Præſes tuus,

Nulla re niſi moriendo nocti longe plus Tibi

quam ſibi.

Si tamen pie Te amas, ne invideas triftiſſimæ huic
ſatorum commutationi.

Qui pro Republ. vitam reddiderunt, nunquam eas mortem patiuntur,
quam immortalitatē affecitos putent.

Hinc populus Romanus pro brevi vita diurnam memoriam deuorit illa,
qui ob Rempubl. mortem obierunt.

Immortalem in Diario tuo ſcribe mortuus Præſidem,
qui

Sereniſſimam Poloniæ Reginam, Regiosqve Principes, cum Collega ſibi amicifimo,
oratione maſcula ſalutaturus dum finem dicendi facere voluit,

finem vivendi fecit.

Rem miram, nullis ſeculis, nullis temporibus, nulla ætate
lectam, viſam, auditam!

quaſa

Facundum Oratorem in conſpectu Reginalium Personarum

Apoplexia elingvem reddidit,

Lata meditantem lethum opprefſit.

e statione sua abire jussit eum,
 qui studio suo impigro civium omnium fortunas stare fecit.
 O fumosum famosi casus bustum!
 Vir incomparabilis a prisca virtute, supra alios,
 sola modestia infra omnes,
 Pietate charus, usu expertus, iudicio maturus, consilio prudens, affectu pio,
 solo labore pertinax, & per vigil in commune bonum,
 pene incurius sui,
 Famæ posthumæ de se verba facere reliquit.
 Creatus mense Martio Proconsul & Praeses recreavit Cives.
 Felicior Caninio Cos. Romano,*
 Viro mirifica vigilancia, & toto suo consulato
 non vidente somnum,
 qui unius diei Consul tantum fuit.
 Vixit Noster ad desiderium Civitatis parum, ad res gestas satis,
 ad memoriam operum semper.
 Flentem reflentemque fortunam æquo animo sustinuit,
 dum in agone mortis nullam felicitatem mutus Tibi
 O THORUNIU M!
 precari potuit.
 Nunc post mortem vocalis vover,
 ut sub Rege tuo Augustissimo Augusto felicitatis tuae in sacris & profanis
 capias augmenta,
 Praesidemque habeas in posterum sui similem.
 Luge interim hoc bonum amissum, & magnificam Viduam cum duobus ingenuæ indolis
 filiolis curæ tue commendatam habe.
 Precare tuo Praesidi,
 ut triumphet cum DEO!
 Plura propter obortas lacrimas non
 potuit addere

M. Martinus Bohm / P.P.

Historia mortis Magnifici PROCONSVLIS, occasione
 Orationis ad Serenissimam Principem MARIAM CASIMIRAM,
 Poloniae Reginam, sub ipso in urbem ingressu ab eo habitæ, in hanc
 fere sententiam.

AVGVSTA HEROINA!

Quantum solatii ante hot semestre adventus tuus nobis attulit, cum in transcursum
 bas sedes, in quo ita D. IOHANNIS Basilicam, insitato pietatis ardore collu-
 strares. tantum nunc quoque latitiae percipimus, dum acropolim hanc, cum
 PRINCIPIBVS IVVENTVTIS, hospitio sacrare, urbisque penates re-
 visere non dignata sis. Agnoscimus devota mente geminatum hunc Maiestatis splen-
 dorem! Atque utinam mibi facultas esset, intimos sensus excita buius sedibus suis coronæ
 ac devotos tibi pietatis impulsus, oratione enunciare. Melioribus utique quam ego pos-
 sum verbis diuturna beneficia AVGVSTISSIMI CONIVGIS, fatorum invidia
 intercepti, prædicatione circumferret. Vos duo præclara & benefica Polonici cœli sidera,
 ALEXANDER & CONSTANTINE . . .

His dictis conticuit, fallenteq; vestigio, per lœve ac lubricum pavi-
 mentum, caput Civitatis ad Reginæ pedes provolvitur, nec vocem ampli-
 us reddidit. Nimirum silentium ori mors imposuit, quæ famæ non po-
 cuit. Heus AVGVSTA! quid intueor? Tune ipsa manum applicas me-
 dicam,

dicam, regiisq; pharmaciis elingvi vocem reparare niteris? Tune langventi
 Consuli, salutari oleo vitam prorogare conaris? O REGINA, etiam post
 imperium semper AVGVSTA! Qvas tibi pro tanto rerum paratu redde-
 mus grates? Utinam NOSTER cœptam orationis telam pertexere potu-
 isset, haut dubie sine assentandi specie, sapientiae tuæ consilia prope divi-
 na, reconditas regnandi artes, notitiam dignitatum, & officiorum fructus,
 aliaq; qvibus sexus imbecillitatem supergressa, virorum laudes excessisti,
 gratulabundus adduxisset. Qvæ, cum umbraticum hominem, in mathe-
 matico pulvere squalentem fugiant, sipario involuta, Gallis tuis atq; Ita-
 lis, Latinorum musis, Polonis & Germanis, qvorum etiam lingvas omnes
 diffono plausu expedite loqueris, ut in iis ætatem defatigentur, ultro con-
 cedimus.

Atq; ita DIXIT & VIXIT! Hic iacet & tacet os Curiæ, oraculum
 Senatus. Perdidit mors uno iœtu, non repetendo, lingvam liberam, os
 igneum, multarum influentiarum Præsidem. Trepida mutabile THORV-
 NIVM, luge muta & elingvis Curia: nam svada tua mortuis perorat.

VIXIT & DIXIT pro aris & Numinis reverentia: probe sciens, in
 adiutorio Aktissimi auspicium, progressus, finem sita. Consilia hominum
 nunc cum DEO, nunc sine eo, non diu florent. Magnæ gloriæ est Colle-
 gam habere DEVVM, qvi lumen nisi affundat, tenebræ sunt omnia & con-
 fusio. Grande in Repub. malum est, cum Magistratus autoritas spernitur,
 maius cum maiestas Numinis a Magistratu contemnitur, Seneca iudice.

VIXIT & DIXIT pro Patria pacis sagiq; temporibus, nec unquam
 siluit. Domi vocem præparabat, publica pro salute intendebat. Inexcusa-
 ble esse silentium ratus, patriæ tranquillitatem qvod turbat. Semper di-
 cendo laboravit, ne hæc non laboraret. Vigilavit, ut alii qviescerent. Qui-
 tem deseruit, ut redderet.

VIXIT & DIXIT pro Astræa rerum præside, qvam profugam fere,
 vel stitit, vel revocavit. In iœc uno ab æquitate & iustitia recessisse vide-
 ri poterat, cuiq; de lerat qvod suum erat, sibi nihil. Non poterant eum
 expugna e manus, et um armatæ, etiam cataphractæ. Civiles composi-
 turus discordias, nunquam orbes amavit luteos, nec argenteos accepit,
 plumbeos qvod inaudent iudices: ut si vel maxime in decidendis causis
 non érent, peccent tamen gravissime.

VIXIT & DIXIT de mansuetudine & humilitate. Magna in hac virtute vis, roboret caput,
 ut ne qvidem sentiat honores. Fastus in fastigio etiam atnicis est fastidio. Adversantur omnes
 hominem, qvi uni sibi arrogat omnia. Qui de se filer, alienis lingvis & calamis cantur: qvi sua
 facta, ab aliis spernitur: qvi contemnit neminem, honoratur ab omnibus. NOSTER solem in
 eo æmulabatur, ut qvi semper occumbit, ut aliis luceat. Dignus proinde Lyræ sidere, totum
 qvod Heliconem personat.

Et sic VIXIT & DIXIT. imo adhuc vivit & dicit. Perorate vere cœpit, cum fileret. Nun-
 quam maiorem se stitit Oratorem, qvam ubi concuerat. Tullio factus disertior. Nemo hoc O-
 ratore taciturnior, nemo vocalior. Labia compressa aiunt: μετάνοια καὶ οὐτισμός. Os elingve so-
 nat: ἀρρενεῖ φύσις. Hic vere exercet illud: κακῶς νοέει, κακοὶ λέγει, κακοὶ πενίει. Ex Oratore
 profano factus facer. Eloquentiam qvam vivus capere non poterat, mortuus didicit. Orator per-
 fetus, fere DEO par, cum nihil amplius potuit dicere, ex fine probando Orationem DIXIT
 OMNIA.

At Tu regnorum Rex, præses & custos civitatum, cœlestis Pater, constringe corpus huius Senatus
 nexibus firmis, ne per mortes, aut alia vi extera porro laxetur. Concordiam tua autoritate stabilito:
 & consiliorum successum spiritu tuo arge. Imprimis, DOMINE, vicarium interea Præsidis munus obe-
 unti, vires & facultatem regendi Civitatem iuxta ac Musarum sedem, ex prescripto voluntatis tuae lar-
 gire: ac effice, ut tandem successorem virtutibus parem videamus!

P. PATER.

Epigramma in rarum Casum.

MARS ET MORS EJUSDEM JURIS.

Ense gravis Mavors non frustra tortile ferrum
Fert humeris, struit aut hostibus insidias.
Hostem si videat promit de mille sagittis
Unam, perterebrat pectora lastra ferus.
Invadit saltus Aetnæos, atque latebras
Excudit abstrusas, bile, furore, tumens.
Non illum flammæ, quas evomit ore Typhœus
Terrent, vel pigræ pondera magna petræ.
Concrepet & tellus, paveat Rex ipse silentum,
Duxque Erebi fugiat, nec tamen ipse fugit.
Tristia si querat metuens Antarctica Regna
Præda illudens spem, tristia Regna quatit.
Nulla trucem retrahit, nulla & reverentia vincit,
Est illi Numen nomen inane Jovis.
Quid Marti sanctum est? quid non violabile Morti?
Istam Majestas nulla tremenda movet.
Exemplum est Præses Legati munere functus,
Lingua tranquillus, nec minus arte gravis.
Germinibus Regina suis comitata duobus
Sarmatiæ veniens, Urbis & hospes erat.
Insonat & lituus, murmur dat mobile vulgus,
Ut compulsa Euro murmurat unda sali.
Horrificus sonitus tormentorum æthera pulsat,
Implet magnorum tempa domosqve Deum.
Tibia dulcè canit, fluitant civilia signa
Bellatrix alas Prussica pandit avis.
Atria suscipiunt generoso ornata paratu
Reginam, Natos, Munera cara duos.
Sancta cohors Patrum gaudens reddensqve tributum,
Reginam alloquitur Præsidis ore sui.
Annos quando illi vitæ floremqve precatur
Fortunæ, vitam perdidit ipse suam.
Corruit ante oculos, pallet, vivumqve cadaver
Redditur Uxori, linquit & ossa calor.
Non raro dulces undas corrumpit amarus
Fons, perimit virus svavia mella, favos:
Præsidis evertit sic gaudia casus amarus
Publica, lætitiae Mors cita virus erat.
Numne mori nova res hominem? dic qui legis ista,
Principe sic coram res nova, crede, mori est.

*Non tam libenti quam lugenti animo
ista descripsit*

Johannes Rezik.

